

32 DISP. V. DE REGNO DEI

possibilia, perfectissimè intuetur.

29. *Potentia* est perfectio *in operando*, à nullo alio potentiori dependens,

30. & ad omnia possibilia, hoc est, quæcunq; mendacium seu contradictionem non involvūt, perfectissimè sufficiens.

31. *Bonitas* est perfectio *in volendo*, quâ in se ipso quidem perfectissimè quiescens ac beatus;

32. ex infinitis tamen possibilibus, infinita numero, liberrimè ac ordinatissimè vult.

33. Unde voluntate ac decreto ad sapientiam & potentiam concurrente;

34. sine ejus mutatione fiunt & existunt omnia quæ vult fieri & fiunt;

35. eo ordine ac modo qui sapientiæ & voluntati Dei perfectissimè consentaneus est.

36. Ut proinde *executio* nihil aliud sit, quàm *ipsa existentia rei*, ex voluntate Dei ad sapientiam & potentiam cō-

CUR-